Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

XLIII. INCP̄T EPL̄ SC̄I AGUSTINI AD MARCIANUM.

Domino merito suscipiendo. & in xp̄o dilectissimo ac desi
desiderantissimo fratri marcelliano. agustinus in dn̄o
salutem. Abripui uel potius obripui. & quodammodo
furatus sum me m& ipsum multis occupationibus meis.
ut tibi scriberem antiquissimo amico. Quem tamen non habebam.
quamdiu in xp̄o non tenebam. Nosti quippe ut difinierit amicitiā
romani. Utati. quidam maximus auctor tullius eloquii. Dixit
enim. & uerissime dixit. Amicitia est rerum humanarum & diui
narum. cum beniuolentia & caritate consensio. Tu autem mi k̄me
aliquando mihi consentiebas in rebus humanis cum eis more uulgi frui
cuperem. & mihi ad ea capessenda quorum me paenit&. fauendo
uelificabas. Immo uero uela cupiditatū mearū cum c&eris tunc dilecto
ribus meis. inter praecipuos aure laudis inflabas. Porro in rebus
diuinis. quarum nihil illo tempore nulla luxerat ueritas. utique
in maiore illius definitionis parte nr̄a amicitia claudicabat. Erat enim
rerum tantummodo humanarum. Non &iam diuinarū. quāuis
cum beniuolentia & caritate consensio. Et postea quam illa cupere
destiti. quidem p̄seuerante beniuolentia. saluum me esse cupiebas.
salute mortali. & ea rerū p̄speritate felicem. quam mundus optare
consueuit. & iam sic itaque aliquantum tibi erat mecum rerum.
humanarum beniuola & cura consensio. Nunc ergo quantum d&e
gaudeo. quibus explicem uerbis. quando eum quem quo quomodo
habui diu amicum. habeo iam uerum amicum. Accessit enim
rerum. &iam consensio diuinarum. Qnm̄ qui mecū temporalem
uitam quondam iocundissima benignitate eduxisti. nunc spe
uitae aet&er nę mecum esse coepisti modo uere. & iam de rebus humanis
inter nos nulla dissensio est. qui eas rerum diuinarum cognitione
pensamus. ne plus eis tribuamus quam modus earū iustissime postolat.
Nec eas in aliquo contemptu abiciendo. creatori earum dn̄o rerum